

valde feruet estu caloris sic et ipse  
valde incaluit igne diuini amoris.  
In ipse in libro confessionū de se dicit  
Sagittaueras tu cor meū caritate  
tua et Itē ibidē Aliquā intromittis  
me in affectū multū inusitatū itroz/  
sus nescio ad quā dulcedinē Qd si  
pficiat in me nescio quid erit vnus  
scio qd vita ista non erit Tertio p  
pter ethimologiā nois. dicit enim  
augustin' ab augeo et a stin qd est  
ciuitas et ana quod est sursum Inde  
augustin' quasi augens supnā ciui  
tatē Unde de eo cantat Qui pna  
luit ampliāre ciuitatē et Vel vt di  
cit in glosario Augustin' dicit ma/  
gnific' felix pclar' fuit enī magni  
fic' in vita. pclar' in doctrina. felix  
in glōzia Et vitā opilauit possido  
nius calamen' ep's vt dicit Cassio  
dorius in libro de viris illustribus.

#### De sancto Augustino episcopo

**A**ugustin' doctor egregi'  
in puincia affricana in ciui  
tate cartaginensī ortus ex  
honestis valde parētib'. s. p're Pa  
tricio. matre Monica genit' in libe  
ralib' artib' sufficienter edoctus fu  
it adeo vt sūm' p'bus et rethor lu  
culentissim' haberet. Nam libros  
Aristotilis et omnes libros libera  
liū arcū quoscūq; legere potuit p  
se didicit et intellexit. sic in libro cō  
fessionū testat' dicens Omēs libros  
artiū quas liberales vocāt. tūc ne

quissime malaz cupiditatū seruus  
p meipm legi et intellexi quoscūq;  
legere potui Itē in eodē Quicquid  
est de arte loquēdi et disserēdi. qd  
quid de inuētionib' figuraz et de  
musicis et de numeris sine magna  
difficultate nullo hoim tradente in  
telleri Scis tu dñe de' me'. qz cele  
ritas intelligēdi et discendi donuz  
tuū est sed nō inde sacrificabā tibi.  
Vex qz sciētia sine caritate nō coi  
ficat sed inflat in errozē manicheo/  
rū qui xpm sātasticū fuisse affirmāt  
et carnis resurrectionē negāt icidit  
et in eo p annos nouē dū adhuc a  
dolescēs esset pmāsit Ad has etiā  
nugas adduct' est vt arbozem fici  
plorare diceret cū ab ea sic' vel fo  
liū tollerēt Cū ergo esset annorum  
xix. et quendā libz cuiusdaz phi in  
quo vanitas mūdi stemnēda do  
cebat' plegeret Ex hoc quidē liber  
plurimū sibi placuit Sed qz nomē  
Ihu xpi quod a m're imbibēat vbi  
nō erat dolere cepit. Mater dō ei'  
p eo plurimū flebat et ipm ad vni  
tatē fidei reducere satagebat Qua  
dā ergo vice vt legi' in libro cōfessi  
onū mater vidit se stare in quadaz  
linea lignea licz tristēm. et quidā ei  
pulcerrim' iuuenis astitit et causaz  
tante tristicie requisit. Que cū di  
ceret Perditiōnē filij mei aug'. de  
ploro Ille rñdit esto securā. qz vbi  
tu ibi ille Et ecce continuo iuxta se fili  
um suū vidit stare Hec dū augusti  
no retulisset Ille ait Falleris mater  
nec tibi sic dictū est. sed vbi ego ibi  
tu Contra illa dicebat Non fili m



dictū est vbi ille ibi tu. sed vbi tu ibi ille. Rogabat igitur sedula mater quā importuna quēdā ep̄m sic in eodē libro confessionū aug⁹ testat̄ vt p̄ filio suo intercedē dignaret̄ qui tanta quodāmodo importunitate deuict⁹ p̄phetica voce r̄ndit. Hade se cura qz impossibile est vt fili⁹ tantarum lacrimaz pereat. Cū autē ap̄ cartaginē multis annis rethoricaz docuisset. occulte matre nesciēte romam venit et ibidem multos discipulos congregauit. His temporibus mediolanenses a prefecto simacho romanoz petierunt sibi doctorem in rethorica destinari. Presulabat tunc ibi vir dei ambrosi⁹ et ad preces mediolanensium illuc mittitur augustinus. Mater autē eius quiescere non valens cuz multa difficultate ad eum venit. et ip̄m iam nec vere manicheū nec vere catholicū reperit. Cepit autē augustinus beato ambrosio adherere et eius p̄dicaciones frequēter audire. Erat autē valde in p̄dicatiōe suspensus vt ne quid extra ip̄am manicheoz heresim vel p̄ ip̄a diceret. Quodaz vice circa illū errorem ambrosi⁹ diutius disputauit et ip̄m aptis rōnibus et autoritatib⁹ cōfutaui ita vt error ille a corde Augustini penit⁹ pelleret̄. Quid autē post hoc sibi cōtigerit ip̄e in libro confessionū narrat dicens. Cū te primū cognoui reuerberasti infirmitatē aspect⁹ mei. radians in me vehementer et cōtremui amorez horrore et inueni lōge me esse a te in regione dissimilitudinis

tanq̄ audirem vocem tuā de excelso. Tibus sum grandiu cresce ⁊ māducabis me nec tu me mutabis in te sicut cibū carnis tue sed tu mutaberis in me. Cū autē sic ibidē refert via xp̄i sibi placeret sed p̄ ip̄am ad ip̄m adhuc ire pigeret. immisit dñs in mentem eius vt ad simplicianuz in quo lucebat gratia diuina p̄gēt vt sibi estus suos secum cōferenti p̄ferret. Quis esset aptus modus viuendi ad ambulandū in via dei. in qua alius sic alius sic ibat. Displcebat eniz ei quicquid agebat in mōdo p̄e dulcedine dei et decore domus eius quā dilexit. Simplician⁹ autem cepit eum hortari. Ip̄e quoqz cepit seipsum hortari ac dicere. Quot pueri et puelle intra ecclesiā deo seruiunt. tu non poteris et isti et iste possunt. An vero isti et iste in seipsis possunt et nō in deo suo. qd in te stas et non stas. Proiice te in eum et excipiet te et saluabit te. Inter horum colloquia memoria victorini in medium venit. Unde exhilaratus Simplicianus narrat qualiter idem adhuc gentilis ob sui sapientiaz rome quod maximū tunc erat statuum meruisset et qualiter se sepius christianum dicebat. Cū cum Simplicianus diceret. non credo nisi te in ecclesia videro ille iocū de dicebat. Nunquid parietes faciunt hominem christianum. Tandē dū ad ecclesiā venisset et ei tanq̄ verecūdo occulte liber vbi erat symbolus fidei ad legendū datus fuisset. ille in altū ascendit et alta voce



pronūciauit mirante roma gaudē  
te ecclesia. oēs at subito p strepue/  
runt victozin'. victozin' cito sonue  
runt 7 cito siluerūt **T**unc etiaz ab  
africa quidā amic' augustini no  
mine **P**ontian' supuenit 7 vitaz 7  
miracula illi' magni anthonij q̄ nu  
per i egipto sub constantino impato  
re defunctus fuerat recitauit **H**oz  
exemplis augustin' vehementer ex  
arsit. ita q̄ socium suum alippiuz tā  
vultu q̄ mente turbatus inuasit 7  
fortiter exclamauit **Q**uid patimur  
**Q**uid audim' ? **S**urgunt indocti  
celum rapiūt 7 nos cum doctrinis  
nostr'. in infernū demergimur ? **A**n  
qz precesserunt pudet sequi 7 non  
pudet nec saltē sequi ? **E**t accurrēs  
in quendaz ortū sub quadā ficu se  
proiecit. vt in eodē libro cōfessionū  
omemorat 7 amarissime flens lamē  
tabiles voces dabat dicens **Q**uā  
diu q̄diu **E**ras eras sine modo s̄n  
paululum ? **M**odo nō habebat mo  
dum 7 sine paululum prodibat in  
longinquum **D**e hac sui tarditate  
plurimū cōquerebat sicut postmo  
dum in eodem li. scripsit **H**eu mihi  
q̄ excelsus es in excelsis. et q̄ pfū  
dus in pfundis et nusq̄ recedis 7  
vix redimus ad te **A**ge dñe et fac  
et excita et reuoca nos **A**ccende 7  
rape 7 fragra et dulcesce. impedimē  
tis omnibus sic timebam expediri  
quē admodū impediri timēduz est  
**S**ero te amauī pulcritudo tam an  
tiqua 7 tā noua sero te amauī **I**n  
tus eras 7 ego foris 7 ibi te quere  
bam. **E**t in ista formosa que fecisti  
deformis irrueram. **M**ecum eras

7 tecum non eram. **V**ocasti 7 cla  
masti 7 rupisti surditatem meā **C**o  
ruscasti et splendouisti. et fugasti ce  
citatem meam. **F**ragrasti et addu  
xisti spūm et hanelo **D**ustauī 7 esu  
rio 7 sitio te. **E**tigisti me et exarsi  
in vocem amantis pacem tuā **C**ū  
autē amarissime fleret. audiuit vo  
cem dicentem sibi **T**olle lege tolle  
lege **A**peruit qz statim codicem a/  
postolicum et coniectis oculis ad  
primuz capitulum legit **I**nduimini  
dominum iesum christum 7 statim  
ōnes dubietatis tenebre ab eo dif  
fugerunt **I**nterim autē tam vehe  
mentissimo dentium dolore torq̄ri  
cepit vt fere sicut ipse ait ad credē  
dum opinionem. **C**ornelij philoso  
phi duceretur. qui summum bonū  
anime in sapientia. sūmum vero bo  
num corporis in nullum sentiendo  
dolorem posuerat **T**am vehemēs  
autē ille dolor fuit q̄ etiam loque  
lam amisit **Q**uo circa vt in libro cō  
fessionū refert in tabulis cereis scri  
psit vt omnes pro eo orarēt vt do  
lorem illuz domin' mitigaret **I**pse  
igitur cum alijs genua flexit 7 subi  
to se sanuz esse sensit **I**nsinuauit er  
go p literas sancto viro ambrosio  
votum suum vt moneret quid sibi  
de libris sanctis legendū esset quo  
aptior fieret fidei christiane **A**t ille  
iussit **I**saiam prophetaz eo q̄ euā  
gelij 7 vocatiōis gentiū prenuntia  
tor videat **C**uius pncipiū cuz **A**u  
gustin' nō itelligeret. totū aliud ta  
le eē arbitrās distulit vt illud legēt  
cū in scripturis sanctis magis exer  
citat' eēt **A**doueniēte ergo pascali



tempore Augustini eum esset anno  
rum triginta cum filio suo. **A**deo  
dato puero et valde ingenioso q̄  
augustinus. in adoleſcētia sua duz  
adhuc gentilis et philosoph⁹ esset  
genuerat. necnō et cū alipio amico  
suo. meritis m̄ris et p̄dicatiōe am/  
broſij sacz baptisma suscepit ⁊ tūc  
sic fert ambrosi⁹. **T**e deū laudam⁹  
in q̄t. et ang⁹. **T**e deū ofitemur r̄n/  
dit. **E**t sic ipi duo hūc ymnū alēna  
tim opoluerūt et vsqz in finē decan  
tauerūt. **S**icut etiā testat̄ horosius  
in libro suo q̄ dicit̄ speculū ecclesie.  
**I**n aliq̄b⁹ aut̄ libris antiquis titul⁹  
talis preponit̄. **C**anticū ab ambro  
sio et angustino cōpilatū. **P**rotin⁹  
aut̄ in fide catholica mirabilē ofir  
mat⁹ sp̄e oēm quā habebat in secu  
lo dereliquit ⁊ scolaz q̄s regebat ab  
renūciauit. **Q**uanta aut̄ dulcedine  
dini amozis extūc fruere. ip̄e hoc  
in libro ofessionū aperit dicens. **S**a  
gittaueras tu cor meū caritate tua  
et gestabā v̄ba tua transfixa in vis  
cerib⁹ meis. **E**t exempla suoz tuo  
rū q̄s de nigris lucidos. de mortu  
tuis viuos feceras ofgesta in sinuz  
cogitationis mee v̄zebant et abſu  
mebāt grauē torporē. et ascendēti  
a ualle plorationis et cātanti can  
ticū grauiū. dedēas sagittas acu  
tas et carbones vastatozes nec sa  
ciabar in illis dieb⁹ dulcedie mira  
bili ofidēare altitudinē ofilij diuini  
sup salutē generis huāni. **Q**uantū  
fleui in ymnis et cāticis tuis. suane  
sonātis ecclesie vocib⁹ ofmot⁹ acri  
ter voces ille influebāt aurib⁹ meis  
et eliq̄bat̄ veritas tua in cor meuz

et currebāt lacrimę ⁊ bñ m̄ erat cū  
eis. **T**ūc enim i ecclia medio lanēsi  
hec cātica instituta sunt. **E**t clama  
ui clamoē alto cordis mei. **D** in pa  
ce. **D** in idipm. **D** q̄ dicit̄ idipm dor  
miā ⁊ sōnuz capiā. **T**u es ei idipm  
qui nō mutaris et in te req̄es obli  
uiscēs laboz oim. **L**egebaz totum  
psalmuz i luz. **E**t ardebā q̄ fueram  
latrator amar⁹ et cec⁹ aduersus lit  
teras de melle celi mellitas et de lu  
mine tuo luminosas et sup scriptu  
ras huiusmodi tabescebā. **E**p̄e ih̄u  
adiutor me⁹ q̄ suaue ih̄ subito fēm  
est carere suauitatib⁹ nugaz mea  
ruz. et q̄s amittere met⁹ fuerat. iaz  
dimittere gaudiuz erat. **E**ficiabas  
enī eas a me vera tu et summa sua  
uitas. **E**ficiabas et intrabas p̄ eis  
omni voluptate dulciōz. s̄ nō carni  
et sanguini. omni luce clariōz s̄ om  
ni secreto interiōz. omni honoze s̄/  
limiōz sed nō sublimib⁹ in se. **P**ost  
hec assumptis. **N**eberdio et **E**uo/  
dio et matre ad affricam remea  
bant. **S**ed cum essent apud hostia  
**T**iberina pia mater eius defuncta  
est. **P**ost cuius mortem beatus au  
gustinus reuersus est ad agros. p̄  
prios vbi cum his qui sibi adhere  
bant ieiunij et orationibus deo  
vacabat. **L**ibros scribebat ⁊ indo  
ctos docebat. **I**fama autem ipsius  
Augustini vndiqz diffundebatur.  
et in omnibus libris suis et actib⁹  
ammirabilis habebatur. **R**efugie  
bāt autem ad aliquam ciuitatem  
accedere que episcopo careret ne  
ipm in predicto officio impediū ofi



geret. **E**odem tempe apud **I**ponē  
erat quidam vir magnarum opuz  
qui augustino misit q̄ si ad eū acce  
deret ⁊ verbum ex ore suo audiret  
seculo renunciare posset. **Q**ū augu  
stin⁹ vbi operit illuc vocatus iuit. **A**u  
diens autē **V**aleri⁹ yponen⁹ ep⁹  
famam eius. ip̄m plurimū renitētē  
in ecclesia sua p̄sbiteruz ordinauit.  
**N**onnullis q̄dez lacrimas suas su  
pbe interpretantib⁹ ⁊ tanq̄ eū solā  
tibus ⁊ dicētib⁹ qz et locus p̄sbite  
rii licet ip̄e maiori dign⁹ esset appro  
piquaret tñ ep̄atu. **Q**ui statim mo  
nasteriū clericorū instituit ⁊ cepit vi  
uere s̄m regulam sub sanctis apl̄is  
constitutā. **D**e cuius monasterio fe  
re decez episcopi sūt electi. **E**t quia  
predic⁹ ep⁹us erat grec⁹ ⁊ min⁹ in  
latina lingua literat⁹ et doct⁹. **A**u  
gustino ptātez tribuit vt extra mo  
rem orientalis ecclesie corā se in ec  
clesia predicaret. **I**nde cum multi  
ep̄i derogarent. ille de hoc non cu  
rabat dūmodo p̄ eum fieret qd̄ p̄  
se fieri non valebat. **E**odem tpe  
fortunatum p̄sbiterū **M**ancheum  
⁊ alios hereticos p̄cipue rebapti  
satos donatistas ⁊ manicheos cō  
uicit abstulit ⁊ fugauit. **C**epit autē  
beat⁹ **V**aleri⁹ formidāē ne sibi au  
gustin⁹ tolleret ⁊ ab alia ciuitate i  
ep̄m peteretur. **N**ā ⁊ aliquādo ab  
latus fuisset nisi eum ad locū secre  
tum transire curassz. ita vt inueniri  
minime potuisset. **I**mpetrauit igit̄  
ab archiepiscopo **C**artaginensi vt  
ip̄e cederet ⁊ augustinū yponensi  
ecclesie in ep̄m pmoueret. **S**ed cuz  
hoc augu⁹. oimode f̄cusaret opul

sus tñ et coactus succubuit. et ep̄a  
tus curā suscepit. **Q**ū in se postea  
fieri non debuisse vt suo viuente e.  
piscopo ordinaret ⁊ dixit ⁊ scripsit  
p̄pter concilij generalis p̄hibitiōez  
quā postmodū ordinatus didicit  
nec qd̄ sibi factū esse voluit alijs fi  
eri voluit. **N**ū etiā sategit vt in cō  
cilij ep̄orum cōstitueret. vt oia sta  
tuta patruz ordinandis deberent  
ab ordinatozib⁹ intimari. **I**p̄e autē  
de se dixisse postmodū legit̄. **I**n n̄  
la re mihi dñm sentio sic iratum sic  
in hoc qd̄ dum nō essez dign⁹ poni  
ad remuz posuit me ad amplustre  
in apice regiminis eccie. **V**estimen  
ta eius et calciamenta alia nec niti  
da nimium nec abiecta plurimum  
sed ex moderato ⁊ cōpētē habitu  
erāt. **I**p̄e ei de se dixisse legit̄. **I**fate  
or de p̄ciosa veste erubesco ⁊ ideo  
mihi vendo eam et quia vestis nō  
potest esse cōis preciaz sit cōmune.  
**M**ensa frugali et parca semp vsus  
est ⁊ inter olera ⁊ legumina p̄pter  
infirmos et hospites plerunqz car  
nes habebat. **I**n ip̄a autem mensa  
magis lectionem vel disputationē  
q̄z eplationem diligebat ⁊ contra  
pestem detractionis i ea sic scriptū  
habebat. **Q**uisquis amat dictis ab  
sentum rodere vitam. **H**anc mensā  
vetitam nouerit esse sibi. **N**am et a  
liquādo cum quidaz sibi familiaris  
sini coepi ad detractionem linguaz  
laxassent. adeo dure eos rdarguit  
vt diceret qd̄ nisi desisteret aut ver  
sus ipsos deleret. aut a mensa rece  
deret. **Q**uadam vice cum quosi  
dam suos familiares ad prandiū



inuitasset vnus illoꝝ curiosior cete-  
ris coquinā ingressus ē. **Cū** qꝫ om-  
nia frigidā repperisset. **Reuersus** ad  
augustinū interrogauit quid cibo-  
rum pꝛansurus ipse paterfamilias  
pꝛeparasset. **Cui** aug. Nequa qꝫ ta-  
lium epularum curiosus respondit  
**Ego** vobiscū nescio. **Tria** enī a be-  
ato **Ambr.** se didicisse ait. **Primum**  
qꝫ vxorem cuiqꝫ nunqꝫ peteret. **Se-**  
cundū qꝫ militare volenteꝝ ad hoc  
non oīmendaret. **Tertiū** qꝫ ad con-  
uiuia inuitatꝫ non iret. **Causa** pꝛimi  
est ne illi inter se non oīueniāt et sibi  
maledicāt. **Causa** secundi est ne mi-  
litātes calūneam exerceant et in eū  
aliꝫ culpaz refundant. **Causa** tertij  
est ne forte temperancie modū per-  
dat. **Tante** aut puritatis et humili-  
tatis fuit vt ipā etiāz minima pec-  
cata que apud nos nulla vel mini-  
ma peccata reputant. in libro cōfes-  
sionum deo cōfiteat et de his corāz  
dñō humiliter se accusat. **Nā** ibidē  
accusat se de eo qꝫ cuz puer esset lu-  
debat ad pilaz cū ad scolas ire de-  
beret. **Item** de eo qꝫ nolebat legere  
vel adiscere nisi vī a parentibꝫ vel  
magistro vꝛgeret. **Item** de eo qꝫ fa-  
bulas poetaz sicut fabulaz **Ene-**  
cum adhuc esset puer libenter lege-  
bat et dydonem mortuaz pꝛopter  
amorem plorabat. **Item** de hoc qꝫ  
de cellario parentū vel mensa aliqꝫ  
furabat vt pueris ludentibꝫ daret.  
**Itē** de eo qꝫ in ludis puerozꝫ frau-  
dulentas victorias exercebat. **Itē**  
de eo qꝫ pira de quadaz arboꝛe vī-  
cina vinee sue cuz esset annoꝝ. xvi.  
furatꝫ fuit. **In** eodem qꝫ libro accu-

sat se de ipā modica delectatione  
quā aliquādo sentiebat dicēs. **Sic**  
me docuisti vt qꝫadmodū medica-  
menta sic a limēta sumpturꝫ accedā  
sed dū ad quietē sacietatis ex indi-  
gencie molestia trāseo in ipō transi-  
tu insidiat mī laqueus ocupiscentie.  
**Ipse** enī transitꝫ voluptas est et nō  
est alius quo transeatꝫ quo trāfire  
cogit necessitas. **Et** cū salua sit cau-  
sa edendi et bibēdi. adiūgit se qua-  
si pedissequa periculosa iocūditas.  
**Et** plerūqꝫ pꝛeire conatꝫ vt eiꝫ cau-  
sa fiat quod salutis causa me face-  
re. vel dico vel volo. **Obzietas** lon-  
ge est a me. misereberis ne appropi-  
quet mibi. **Crapula** aut nonnunqꝫ  
surrepit seruo tuo. misereberis vt  
longe fiat a me. **Et** quis est dñe qui  
non rapiatur aliquantulum extra  
metas necessitatis? **Quisquis** ille  
est pꝛfecto magnꝫ est magnificet no-  
men tuū. **Ego** autē non sum qā ho-  
mo peccator sum. **shabebat** etiā se  
suspectū de olfactu dicens. **De** ille-  
cebra odoꝝ non satago nimis cuz  
absunt non requiro cuz obsunt nō  
respuo. paratꝫ eis etiā semp carere  
ita mī illa etiā videor forsītā falloꝝ.  
**Nemo** enī securꝫ esse dꝫ in ista vita  
qꝫ tota temptatio noiat. **veꝝ** enī qꝫ  
fieri potuit ex deterioꝛi melioꝛ non  
fiat ex melioꝛi deterioꝛ. **Idē** de au-  
ditu cōfiteat dicēs. **Voluptates** auri-  
uz tenatiꝫ me iplicauerūt et sēiuga-  
uerūt. **h** resoluisti et liberaisti me. **Cū**  
mī accidit vt me ampliꝫ cantꝫ qꝫ res  
qꝫ canit moueat penaliꝫ me peccatē  
cōfiteor et tunc velleꝝ qꝫ nō audirē  
cantantē. **Accusat** etiā se de visu si



cut de eo q̄ aliquñ nimis libenter et  
auide vidit canem currentem ⁊ de  
eo q̄ per agrum casu trāsiens. v̄ea  
tiōem libenter p̄spexit. et de eo q̄  
domi existēs araneas muscas suis  
retibus capientes nimis attente o  
spexit **I**deo at̄ de his corā dño cō  
fitetur vt ibidem dicit **Q**uia aliquñ  
hec a bonis meditatiōib⁹ auertūt  
⁊ oratiōes interrūpunt **A**ccusat  
etiam se de appetitu laudis ⁊ motu  
inanis glozie dicens **Q**ui laudari  
vult ab hominib⁹ vituperante te. n̄  
ōfendetur ab hominibus iudicante  
te nec eripiet dānante te. **L**audat̄  
homo p̄pter aliq̄d donum q̄d de/  
disti. et tñ pl⁹ gaudet se laudari q̄  
donum **T**emptamur his temptati  
onibus quotidie sine cessatione. q̄  
tidiana fornax nostra est humana  
lingua. verūtamen nollē vt vel au  
geret n̄ gaudiū cuiuslibz boni mei  
suffragatio oris alieni. sed augz fa  
teoz non solum sed vituperatio mi  
nuit **C**ontristoz tñ aliquādo laudi  
bus meis. cum ea laudant̄ in me in  
quibus ip̄e mihi displiceo. vel etiā  
bona minora ⁊ leuia pluris estimā  
tur q̄ estimanda sint **H**ereticos  
vir iste sanctus validissime confuta  
bat. ita vt ip̄i iter se publice p̄dica  
rent peccatum non esse interficere  
augustinum quem tamq̄ lupuz oc  
cidendum esse dicebant ⁊ occisorū  
b⁹ omnia peccata sua a deo dimit  
tenda asserēbāt **M**ultas ab eis insi  
dias ptulit ita vt sibi aliquas per/  
genti in via insidias ponerent. h̄ di  
prouidentia itineri. errore seductū  
inuenire non possent **C**onpaup̄ez

semper memor erat. eisqz ex his q̄  
habere poterat. liberaliter exhibe  
bat **M**am et de vasis dominicis p̄  
pter pauperes et captiuos aliquā  
do iubebat frangi et oīari ⁊ indi  
gentibus dispensari. **D**omum vel  
agruz. siue vllam nūqz emere volu  
it **M**ultas etiaz hereditates sibi di  
missas r̄spuit eo q̄ mortuoz filijs  
vl⁹ p̄pinq̄uis ip̄a potius deberi di  
cebat. **I**n his q̄qz que ecclesia pos  
sidebat intētus amore vel implica  
tus non erat. h̄ die ac nocte de scri  
pturis et rebus diuinis cogitabat  
fabzicarum quoqz nouarum nūqz  
studium habuit. deuotans in eis im  
plicatiōem sui animi quem semp li  
berum habē volebat ab omni mo  
lestia corpali. vt libere vacare pos  
set cōtinue meditationi ⁊ assidue le  
ctiōi **N**on tamen illa edificare vo  
lentes prohibebat nisi forte immo  
derate fieri oīpexisset **L**audabat q̄  
qz plurimum illos quibus mozien  
di desiderium inerat ⁊ sup hoc tri  
um episcopoz exempla sepius re  
citabat **A**mbrosius enī cuz inde ex  
tremis esset et rogaretur vt prolō  
gationez vite sibi precibus obtine  
ret **R**espondit **N**on sic vixi vt me  
pudeat inter vos viuere. nec mozi  
timeo qm̄ bonum habemus dñm  
**Q**uod respōsum **A**ugustin⁹ mirabi  
liter extollebat **M**odebat quoqz o  
alio episcopo **C**ui cuz diceretur eū  
ecclesie multum necessariū fore. **E**t  
ideo adhuc euz dominus liberaēt  
ait **S**i nūqz bene. si aliquādo qua  
re modo non **D**e alio quoqz ep̄o  
aiebat ciprianum referre. q̄ cum in



firmitate graui laboraret adhuc si  
bi sanitatem restitui exorabat **C**ui  
iuuenis speciosus apparēs cū indi/  
gnatiōe infremuit et ait **P**ati time  
tis exire non vultis quid faciā voi  
bis? **F**eminarū nullā vnq̄ nec etiā  
germanā sorozē aut fr̄is sui filias.  
q̄ deo p̄iter f̄uiebant secuz habita  
re permittit **D**icebat enī q̄ r̄si de so  
roze vel nepotibus nulla mali posi  
set oziri suspicio. tamē qz tales per/  
sone sine alijs sibi necessarijs esse nō  
possent et ad eas etiā alie aduenta  
rent ex illis possent infirmiores aut  
humanis temptatiōib⁹ omoueri.  
aut certe malis hominū suspitionib⁹  
infamari. **N**unq̄ cum muliere  
solus loqui volebat nisi secretū ali  
quod interesset **C**onsanguineis sic  
bene fecit vt non diuicias haberēt  
sed vt aut non aut minus egerent.  
**R**aro p̄ aliquo litteris aut verbis  
intercedere volebat. recolens quē/  
dā p̄bm cōtemplatiōe fame amicis  
multuz non prestuisse **E**t sepe dice  
bat **P**lerūqz potestas que petitur  
premit **C**ū aut id faciebat. stilū sibi  
temperabat qui onerosus nō esset  
sed mereret vrb̄anitate dictaminis  
exaudiri **V**olebat poti⁹ inter igno  
tos q̄z inter amicos causas audire  
dicens **Q**uia inter illos poterat li  
bere iniquū cōgnoscere et vnum ex  
his amicū esset factur⁹ **P**ro quo. s.  
iusticia mediāte sententiā daret **E**t  
amicis vero esset vnū pdicturus. s.  
cōtra quē p̄ferret sententiā. **A** mul  
tis ecclesijs inuitabant r̄ ibi verbū  
dñi pdicabat et multos ab errore  
uertebat **A**liqñ a p̄posito digres

sionem in pdicatione facere cōsue  
rat et tunc dicebat deum hoc ad p̄  
fectum salutis alicuius ordinasse.  
sicut in quodam manicheoz nego  
ciatore paruit qui in quadaz predi  
catione **A**ugustini vbi ip̄e digressi  
onem faciens cōtra hunc errorez p̄  
dicauerat ouersus fuit. **E**o tempe  
cum **G**othi romam cepissent ydo  
latre et infideles xp̄ianis plurimuz  
insultabāt **P**ropter qd̄ aug⁹. li. de  
ci. dei cōposuit in quo iustos in hac  
vita debere p̄mi **I**mpios aut floze  
re ostendit **V**bi de duplici ciuitate  
scz **I**herusalē et **B**abilonica et ea  
rum regibus agit **Q**uia rex **I**heru  
salem xp̄s **R**ex vero **B**abilonis ē  
dyabolus. **Q**uas duas ciuitates  
vt ibidem dicit duo amozes sibi fa  
bzicarunt **Q**uia ciuitatē dyaboli  
cōstruxit amor sui vsqz ad cōtemptū  
dei crescēs **C**iuitatē aut dei amoē  
dei vsqz ad cōtemptū sui crescēs **I**n  
diebus autem eius anno scilicet do  
mini quadringentesimo quadrage  
simo **V**andali totam affrice prou  
ciam occupauerunt vastantes om  
nia nec parcentes sexui ordini vel  
etati. **P**ost hoc autem ad yponen  
sem ciuitatem venerunt et ip̄az ma  
nu valida obsederunt **S**ub hac tri  
bulatione **A**ugustinus pre ceteris  
sue senectutis amarissimaz et lugu  
brem duxit vitam. **F**ueruntqz sibi  
lacrimę panis die ac nocte dum ali  
os viderz occisos. alios effugatos  
ecclesias sacerdotibus viduatas.  
ciuitates cum accolis dissipatas.  
**I**nter tot tamē mala cuiusdā sapi  
entis sententia se cōsolabatur dicen



tis non erit magnū. magnū nō pu-  
tans q̄ cadunt ligna et lapides et  
moriunt̄ mortales **C**onuocatis aut̄  
fratrib⁹ dixit eis **E**cce rogauī dñm  
vt aut nos ab his periculis eruat.  
aut paciētīā tribuat aut me de hac  
vita suscipiat ne tot calamitates vi-  
dere spellar **E**t ecce tertiū qđ peti-  
uit obtinuit et tertio obsidiōis mē-  
se febrib⁹ laborans lecto decubuit.  
**I**ntelligēs aut̄ dissolutionē sui cor-  
poris iminere. septē psalmos peni-  
tētiales sibi scribi fecit **I**psos q̄z in  
loco extra parietē positos lecto de-  
cubens legebat et vbertim ac iugi-  
ter lacrimas fundebat. **E**t vt deo  
vacaret vberius et eius intentio a  
nullo impediri posset ante decē di-  
es sui exitus nullū ad se ingredi pre-  
cepit nisi vel cū medicus ingredi-  
tur vel cū sibi refectio portaret̄.  
**Q**uidaz aut̄ eger ad eū venit et vt  
sibi manū imponeret et ab infirmi-  
tate curaret ip̄m instanter rogauit  
**C**ui **A**ugustin⁹ respondit. **Q**uid ē  
hoc fili quod loqueris. putas qđ si  
tale quid facere possem michi hoc  
ip̄m nō offerrem? **I**lle aut̄ instabat  
asserens sibi in visione preceptū eē  
vt ad eū accederet et sanitatem re-  
ciperet **V**idens augustin⁹ fidē ei⁹  
pro eo orauit et sanitatem recepit.  
**E**nerguminos multos curauit et  
plura alia miracula fecit **I**n li. xxij.  
de ci. dei duo miracula de se tanq̄z  
de quodaz alio refert dicens **I**po-  
nensez quandā virginē scio que cū  
se oleo punxissz. cū p̄ illa orās pre-  
biter lacrimas suas instillauerat.  
mox a demone fuisse sanatā. **I**n

eodem etiā libro sic ait **S**cio etiāz  
episcopum semel p̄ adolescente qđ  
non vidit orasse illūq̄z ilico demo-  
nio caruisse **N**ullā aut̄ dubiū vide-  
tur qđ d̄ se loquaē. sed humilitatis  
causa seip̄m noluit noiare. **I**n eo-  
dem q̄z libro de ciuitate dei ait **D**e  
cū quidam incidi deberet et de ei⁹  
morte ob incisionē plurimū timere-  
tur cū infirm⁹ multis lacrimis deū  
exoraret euz eo et p̄ eo **A**ug⁹. ora-  
uit et sine aliqua incisione integraz  
sanitatē recepit **D**eniqz dissolutio-  
ni corporis appropinquans h̄ me-  
moriale docuit nullū videlicet ho-  
minē quantūcūqz excellentis meri-  
ti sine confessione et eucaristia debere  
transire **A**d extremā aut̄ horaz ve-  
niens membris omnib⁹ sui corporis  
incolumis integro aspectu atqz au-  
ditu anno etatis sue septuagesimo  
sexto **E**piscopatus vero sui anno.  
xlv. coram positis fratrib⁹ et oran-  
tibus migrauit ad dñm. **T**estamē-  
tū nullū fecit qz vnde faceret paup-  
xp̄i nō habuit **F**loruit aut̄ āno do-  
mini. cccc. **J**eronim⁹ q̄z in quadaz  
epistola scribēs **A**ugustino ait **D**u-  
obus libellis tuis eruditissimis et  
omni eloquentie splendorē fulgen-  
tibus respondere non potui **C**erte  
quicqđ dici potuit et assumi inge-  
nio et de scripturaz hauriri fōtib⁹  
a te positū atqz disertū est **S**z que-  
so reuerentiā tuā parūper me paci-  
aris tuū laudare ingenium. **I**taqz  
aug⁹. sapientie lumen p̄fulgidū p̄  
pugnaculū veritatis et fidei muni-  
mentū. omnes ecclesie doctores tā  
ingenio q̄z scientia vicit inopabiliē



florens taz exemplis virtutū q̄z af-  
fluentia doctrinaz. **I**n et beat⁹ re-  
migiū **J**heronimū et quosdā ali-  
os doctores commemorans sic vclu-  
dit **H**os omēs **a**ugustin⁹ ingenio  
et scientia sua vicit. **N**am licet **J**he-  
ronim⁹ sex milia volumina origenis  
se legisse fateat. iste tñ tāta scripsit  
vt non solum diebus ac noctibus  
scribere libros eius quis non possz  
sed nec legere quidē occurrat. **D**o-  
lusian⁹ autē cui **a**ug⁹. epistolas scri-  
psit sic de eo dicit. **L**egi dei deest q̄e  
quid **a**ugustinū contigerit ignorare.  
**J**herl. etiā in li. de duodeci doctori-  
bus sic de eo scribit **A**ug⁹. ep⁹. vo-  
lās p̄ montiū cacumia quasi aq̄la  
et ea que sunt in motiū radicib⁹ nō  
p̄siderās multa celoz spatia. terra-  
rūq̄ situs et aquarū circulū claro  
sermone pronūciat. **D**eniq̄ in quā-  
ta eū reuerentia et dilectione **J**he-  
ronim⁹ habuit. p̄z in epistolis q̄s  
eidem misit. in vna quarū sic dicit.  
**D**omino sancto ac beatissimo pa-  
pe **a**ugustino **J**heronim⁹. omni qui-  
dez tempore beatitudinē tuam eo  
quo decet honore veneratus sum  
et habitantē in te dilexi dñm salua-  
tozem. **S**ed nūc si fieri pōt cumulo  
aliquid addim⁹ et plene oplemus  
vt absq̄ nominis tui mentione ne  
vnā horaz quidem preterire patia-  
mur. **I**dem q̄q̄ in alia epistola ad  
eūdē. **A**bsit autē vt quicq̄ de libris  
beatitudinis tue attingere audeā.  
**S**ufficit enī mihi mea pbare et ali-  
ena nō carpere. **G**regol. in epistola  
ad **I**nnocentiū **A**frice p̄fectum  
de eius libris sic ait. q̄ expositionē

sancti **J**ob vobis transmitti volui-  
stis. v̄ro studio ogaudem⁹ sed si de-  
licioso cupitis pabulo saginari be-  
ati **a**ugustini opatriote v̄ri opuscu-  
la legite et ad opationē illius simi-  
laginis n̄m surfurē non queratis.  
**I**dem quoq̄ in registro sic ait. **L**e-  
gitur q̄ beat⁹ **a**ugustin⁹ nec cū so-  
rore habitare osenserit dicens. **Q**ue  
cū sorore mea sunt sorores mee nō  
sūt. docti ergo viri cautela magna  
nobis debet esse instructio. **I**n p̄fa-  
tione q̄z **A**mbrosij sic legit. **M**agni-  
ficentiā tuā in mortificatiōe **A**ugu-  
stini. adozam⁹ tua in omnib⁹ opan-  
te virtute vt nullis p̄missis blandi-  
mentoꝝ vllaten⁹ vir tuo ignit⁹ sp̄-  
ritu viceret. **Q**uia est ita omni gene-  
re pietatis imbueras vt ip̄e tibi ara  
et sacrificiū et sacerdos esset ⁊ tem-  
plum. **B**eatus insup p̄sper in ter-  
tio libro de vita otemplatia sic de  
eo dicit. **S**anctus **A**ugustin⁹ ep⁹. acer  
ingenio suavis eloquio secula-  
ris litterature peritus in ecclesiasti-  
cis laboribus opofus. **I**n quotidi-  
anis disputationib⁹ clarus. **I**n om-  
ni sua actione opositus. in questio-  
nibus soluendis acutus. in quincē  
dis hereticis circūspectus. in expo-  
sitione fidei nostre catholicus. in ex-  
planandis scripturis canōicis cau-  
tus. **B**ern. q̄q̄ sic de eo scribit. **A**u-  
gustinus hic est validissimus malle-  
us hereticoꝝ. **P**ost hoc autē cū bar-  
bara gens terrā illā occupassent ⁊  
loca sancta p̄phanarēt. fideles cor-  
pus **a**ugustini ceperūt ⁊ ip̄m in sar-  
diniā transtulerūt. **T**ransactis autē  
ab eius obitu annis. **C**CLXX. circa



annū dñi 618. **A**uprand' deuotus longobardoꝝ rex audiēs Sardi-  
niaz a sarracenis depopulatā. solē  
nes illuc nuncios misit vt doctoris  
sancti reliq̄as papiā deferrent. **Q**ui  
magno precio dato corpus sancti  
āngustini tulerūt et vsq; ad ianuā  
deportauerūt. **Q**uō deuotus rex au-  
diens vsq; ad predictā ciuitatē cū  
magno gaudio obuiauit et reuerē-  
ter accepit. **C**ū autē mane vellēt cor-  
pus deducē nullo mō de loco mo-  
ueri potnit donec rex votuz emisit  
q̄ si inde se deduci pmitteret ibidē  
in suo noīe ecclesiā fabricaret. **T**uz  
autē votū fecissz statim sine omī dif-  
ficultate inde deductū est. **R**ex autē  
q̄d vouerat impleuit et ibidē in ho-  
nore sancti aug'. eccliaz fabricauit.  
**I**oē miraculū die sequēti in q̄dam  
villa ep̄at' tridonēp̄ q̄ dicit' Caselle  
otigit et eodē mō ibidē in hōze san-  
cti aug'. eccliaz fabricauit. **I**nsuper  
villā ip̄az cū oib' suis appendicijs  
cessit huientib' ecclie sancti augusti-  
ni ppetuo possidendā. **Q**uia vero  
rex viderat sancto cōplacere vt in  
suo noīe ecclesia fieret vbiq; per  
noctē māssisset et timēs ne in aliquo  
loco vbi desidēabat locū sibi elige-  
ret in omni loco vbi denocte cū cor-  
poze hospitabat in hōrez ip̄i' eccle-  
siaz cōstruebat. **S**icq; cum magno  
gaudio Papiā deducit et in ecclia  
sancti petri que celū aureū dicit'. ho-  
nozifice collocat. **M**olendinariū  
q̄daz q̄ in br̄m aug'. spālez deuoti-  
onē hñs cū quandoā infirmitatez q̄  
dicit' flegmasalū in tibia patē. be-  
atū aug'. deuote in sui adiutoriuz

inuocabat. **C**ui p visū s̄ct' augus-  
apparuit et tibiā manu palpās ite-  
gre restituit sanitati. **Q**ui excitat' se  
liberatū iuenit et deo et beato au-  
gust. gr̄as reddidit. **Q**uidā puer  
cū vicio lapidis p̄merē et de silio  
medicoꝝ incidi debēt. mater pueri  
mortis sibi timēs piculū beatū au-  
gustinū in sui filij subidiū iuocauit  
statiq; fusa orōne puer lapidē cum  
vrina emisit et plenā sanitatē rece-  
pit. **I**n monasterio q̄d Elemosi-  
na dicit'. monach' q̄dam in vigilia  
sancti aug'. rapt' in spū vidit nubez  
spendidā celit' elapsaz et sup nubē  
augustinū sedentē pōtificialib' insi-  
gnitū. **C**ui' oculi q̄i duo solis radij  
totā illā ecclesiā illuīabant et odor  
inde exalabat. **S**anct' at bernar-  
dus dū quadā vice in matutinarū  
solēnijs incesset et aliquātulum ob-  
dormiuisset et de quodā tractatu  
sancti agustini lectiones agerent vi-  
dit quendā pulcerrimū iuuenē sibi  
astantē. de cui' ore tant' inundan-  
tiū aquaz impet' exibat q̄ totā il-  
lā ecclesiā videret replere. **Q**ui au-  
gustinū esse nō dubitauit qui sōte  
doctrie totā eccliaz irrigauit. **Q**ui  
dā sanctū augustinū valde diligēs  
monacho custodi corpus sancti au-  
gustini magnā pecuniā dedit vt si-  
bi sancti augustini digitū vnuz da-  
ret. **S**z ille accepta pecunia digituz  
cuiusdā mortui sericis inuolutum li-  
bi tribuit. simulās esse digitū aug'.  
quez ille sp̄ deuotissime adorabat  
et ori oculisq; apponens crebro pe-  
ctozi astringebat. **C**ui' fidem de' in-  
tuens digito illo p̄icto vnuz digi-



tū augustini tā mirabiliter q̄z mise/  
ricorditer sibi dedit Qui cū repa/  
asset et multa ibi miracula fierent.  
fama vsq; papiā delata est. **S**z cuz  
predic̄ monachus assereret q̄ cu  
uisdaz mortui digit' ille esset. sepul  
crū aperuerūt et vnū deesse de ei'  
digitis inuenerūt. **N**ā abbas reco  
gnita monachū de officō deposuit  
et dire afflixit. **A**pud burgundiā  
in monasterio qd̄ dicit̄ fontanetū  
erat quidā monach' hugo noie.  
sancto augustino valde deuot' qui  
in eius scriptis miro desiderio pas  
cebat. **Q**uē etiā crebra supplicatōe  
rogauerat vt ipm̄ ex hac luce mi  
graē nō sineret nisi in die sue sacra  
tissime solēnitatis. **I**pe igit. xv. die  
ad festuz eiusdē sic cepit diris febrī  
bus estuari vt in vigilia ipi' sup hu  
mū tanq̄z moriēs poneret. **E**t ecce  
plures decozi ac fulgētes viri ami  
cti albis ecclīaz dīcti monachi p̄ces  
sionalit̄ intrauerūt quas sequebat̄  
quidā reuerēd' pōtificalib' insigni  
tus. **Q**uidaz aut̄ monach' in ecclīa  
cōstēs hoc vidēs obstupuit et qui  
naz essent vel quo pgerēt inq̄siuit.  
**C**ui vn' eoz dixit. q̄ sād' augusti  
nus esset cū suis canonicis qui ad  
deuotū suū morientē pgeret. vt ei'  
animā ad regnū celestis glorie de  
portaret. **P**ost hoc illa reuerēda p  
cessio infirmariā ingredit̄. vbi cum  
aliq̄d̄iu mansisset. sancta illa aīma  
a carne soluta est. **Q**uā dulcis ami  
cus ⁊ ab hostiū insidijs securā red  
didit et in celi gaudia introduxit.  
**L**egit̄ q̄z q̄ dū beat' augustin' ad  
huc in carne viueret et q̄dam rele

gēt añ se trāsire cōspicit demonem  
quendā libz̄ humeris suis baiulā/  
tē. **Q**ui a beato augustino p̄tinus  
adiurāē vt sibi q̄ in libro illo sc̄pta  
lateant pandat. **Q**ui peccata homi  
nū ibidē scripta esse asserit. que vn  
decūq; colligit et reponit. **M**orq; ei  
precepit vt si aliq̄d peccatoz suoz  
ibi sc̄ptū retineat sibi legendū cōti  
nuo manifestet. **O**stenso autez loco  
nihil augustin' ibi scriptū repperit.  
nisi q̄ quadā vice opletoriū ex ob  
liuione dimisit. **P**recipiensq; diabo  
lo vt suū prestoleē aduentū ecclesi  
am est ingressus et opletoriū deuo  
te dixit ⁊ solitas orōnes pegit. **R**e  
uersusq; dixit ei vt p̄dic̄tū locū sibi  
ostendat itez relegendū. **Q**uē duz  
crebro reuolueret ⁊ tandē locū va  
cuū reperisset irat' dixit. **T**urpiter  
me decepisti. **P**enitet me qz librum  
meū tibi ostēdi. qz peccatū tuū ora  
tionū tuaz virtute delesti et his di  
ctis euauit. **C**ū quedā mulier a  
quibusdā malicijs iniuriā patere  
tur ad beatū aug'. accessit et sup h  
ei' oīliū iplozauit. **Q**ue cū ipm̄ stu  
dentē inuenisset et eū salutasset. ille  
nec ad eū respexit nec quicq; sibi re  
spōdit. **C**ogitās illa q̄ forte ob ni  
miā sanctitatē in faciē mulieris nol  
let intēdē p̄pius accessit et negotiū  
diligentē exposuit. **S**z ille nec se ad eā  
ouertit nec respōsū aliq̄d sibi dedit.  
**I**ōq; illa cū tristitia magna f̄cessit.  
**A**ltēa at̄ die cū aug'. missā celebra  
ret et dīcta mulier intēsset. p' eleua  
tōnē dñici corporis rapta i spū vidit  
se positā añ tribunal sc̄ssime t̄nita  
tis vbi vidit augl. facie iclinata de



trinitatis gloria attētissime et subti-  
lissime disputantē. Facta qz est vox  
ad eā dicens **Cū** ad augustinū iui-  
sti. ille sic de trinitatis gloria atten-  
tissime disputabat. et ideo q̄ ibi fue-  
ris penitus nō aduertit. sed ad eū  
secure redeas qz et eum clementem  
inuenies et salubre cōsiliū reporta-  
**Quod** cū fecisset augustin⁹ eum be-  
nigne audiuit et cōsiliū salubre do-  
nauit. **I**ferē qz q̄ dū quidā in spiri-  
tu rapt⁹ sanctos angelos in gloria  
cōspexisset et beatū augustinū mini-  
me vidisset quendā de sanctis vbi  
nam augustin⁹ esset inq̄siuit **Q**ui re-  
spondit **A**ugustin⁹ residet in excel-  
sis vbi disputat de gloria excellen-  
tissime trinitatis. **Cū** quidā papi-  
ensis a marchidē malaspine in car-  
cere detinerent. ab eis omnis pot⁹  
est penit⁹ interdīct⁹ vt posset ab eis  
magna pecunia extorqueri **U**nde  
plures iaz spiritū exalabant plures  
qz vinā suā bibebant **A**t quidam  
iuuenis inter eos existens qui in be-  
atū aug⁹. deuotionē habebat ipm  
in sui adiutorū inuocauit **Tūc** cir-  
ca noctis mediū sanct⁹ augustin⁹ p̄  
dicto adolescenti apparuit et quasi  
manū eius dextram apprehendēs  
vsqz ad flumē graualioli deduxit.  
**I**biqz cū folio vitis in aqua made-  
facto sic eius linguaz refrigerauit  
vt qui iam vinam bibere cupierat  
de potu nectaris nō curaēt. **P**re-  
positus cuiusdā ecclesie in beatum  
augustinū magnā deuotionem ha-  
bens cū p̄ tres annos grauez infir-  
mitatē incurrisz ita vt de lecto sur-  
gere nō valeret **A**dueniēte solenni

tate sancti augustini cū iam in eius  
vigilia ad vesp̄as pulsaret ad ro-  
gandū sanctum augustinū tota de-  
uotione se contulit **C**ui aug⁹. in albis  
apparēs eidē ter citato pp̄rio noie  
dixit **E**cce assū tociēs a te vocat⁹.  
**S**urge cito et celebra m̄ officiū ves-  
pertinū **Q**ui san⁹ surgēs cūctis stu-  
pentib⁹ eccliaz intrauit et officiū de-  
uote pegit. **Cū** cuidā pastori seuū  
vlc⁹ inter scapulas ortū esset. adeo  
morb⁹ inualuit vt iā esset totis viri-  
bus destitut⁹ **Q**ui cū ad sanctū au-  
gustinū p̄ces emitteret. eidē aug⁹.  
in visu apparuit et sup locū infirmū  
manū apponens p̄fecte eū sanauit.  
**I**de qz vir p̄cedente tpe oculoꝝ  
lumine est p̄uat⁹ **Q**ui cū sanctū au-  
gustinū sedule inuocaret. quadam  
die circa meridiē eidez apparuit et  
oculos manib⁹ suis tergēs p̄stinaz  
sibi restituit sanitatē. **C**irca annū  
dñi octingētesimū duodecimū qui-  
dam viri grauiter infirmi numero  
plusqz quadraginta de germania  
et a gallia romā ibāt ad limia apo-  
stolorū visitāda. quoz qdā scānis  
in terra curui se vehētes. alij cū ba-  
culis se sustentātes. alij p̄uati ocul⁹  
p̄ alios se trahentes. alij cōtractas  
man⁹ et pedes hñtes p̄gebant qui  
mōtes trāseūtes ad locū q̄ dī car-  
bonaria puenerūt **Cū** at̄ pene ad lo-  
cū q̄ cana dī aduenissēt q̄ trib⁹ mi-  
lib⁹ a papia distat. sanct⁹ aug⁹ pon-  
tificialib⁹ indur⁹ de qdaz ecclia i ho-  
nore scōꝝ colime et damiani cōstru-  
cta etiens eis dē apparuit eosqz salu-  
tans quo tenderēt requiuit **Q**ui cū  
rñdissent adiecit **I**te papiam et de



cenobio sancti petri quod dicitur celus aureum interrogate et ibi misericordiam habebitis quam optatis Qui cum eum de nomine suo interrogasset ait Ego sum Aug<sup>o</sup>. quodam yponens civitatis episcopus Statimque ab oculis eorum evanuit Illi autem papiam pergentes cum ad dictum monasterium pervenissent et ibi corpus sancti augustini reforescere didicissent. ceperunt omnes voces levare ac unanimiter clamare Sancte augustine adiuva nos. Ad quorum clamores ciues et monachi excitati. ad tam grande spectaculum confluebant. et ecce ex nervorum distensione sanguis multus cepit effluere ita ut ab introitu cenobii usque ad tumbam sancti augustini tota terra sanguine videretur respersa Cum autem ad sepulchrum sancti augustini venissent omnes sanitati sunt integre restituti ac si nulla in eorum corporibus lesio extitisset Cepit extunc sancti augustini fama crebrescere et multitudo languentium ad eius tumulum advenire Qui omnes salutis beneficia reportantes sue salutis pignora reliquerunt Factumque est ut tanta predictorum pignorum fuerit copia ut inde totum oratorium et porticus plena essent ita ut eundi et redeundi impedimentum non modicum generaret. Quapropter monachi necessitate impulsii ea inde remoueri fecerunt Notandum quod cum tria sint que a mundanis hominibus appetuntur. scilicet diuicie delicie. et honores Iste vir sanctus tante perfectiois extitit quod ipse diuicias contempsit honores respuit voluptates abhorruit Quod diuicias contemneret. ipse testatur in

libro soliloquiorum ubi ratio interrogat eum dicens. Diuicias nullas cupis? Et respondit aug<sup>o</sup>. Hec quidem nec nunc primum Nam cum xxx. annos agam. xiiii. anni fere sunt ex quo ista cupere destitui. nec aliud in his propter necessitates et victum cogitavi Proorsus vnus ciceronis liber michi facile persuasit nullo modo appetendas esse diuicias Quod autem honores respiceret in eodem libro testatur ubi ratio eum interrogat dicens. Quid honores? Et respondit aug<sup>o</sup>. Isteor eos modo ac pene his diebus cupere destitui Voluptates que et delicias contempsit et quantum ad concubitum et quantum ad gustum Quantum ad primum interrogat eum ratio in eodem libro dicens Quid de vxore? In donec te deleat pulchra. pudica. moxigerata. diues. profertur si certus es nihil ex etate moleste passurus? Et respondit Aug<sup>o</sup>. Quantum libet velis eam depingere atque cumulare bonis omnibus nihil mihi tam fugiendum quam concubitum esse decreui Cui ratio Non ego quero quod de creueris sed vtrum adhuc alliceris Et respondit aug<sup>o</sup>. prorsus nihil huiusmodi quero. nihil desidero etiam cum orrorem atque aspersionem talia ferocorum Quantum ad secundum interrogat eum ratio dicens Quid de cibis? Et respondit aug<sup>o</sup>. Siue de cibo et potu. siue de balneis ceteraque corporis voluptate nihil interroges. tamen ab ea peto quantum in valetudinis opem conferre potest

**I**n decollatione sancti Iohannis  
Decollatio sancti Iohannis baptiste quatuor de causis instituta fuisse videtur. sic in libro. mitrali de officio inuenitur Primo pp.